



Disputatio inauguralis

575.

DE ARBITRIS

15

Quam

Præside Jehova,

1640,5.

AUTORITATE MAGNIFICI
AMPLISSIMIQUE ICTORUM ORDINIS
in alma Argentoratensium Uni-
versitate,

*Pro Doctoratu in Utroque jure, more ma-
jorum, obtinendo,*

Publico examini submittit

Die 16. Martij:

Horis locoque solitis,

LAURENTIUS EYSELIUS,
FRANCUS.




ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M. DC. XL.



*Serenissimo Celsissimoq; Principi
ac Domino,*

DOMINO ALBERTO,
MARCHIONI BRANDEBUR-
gico, Borussiae, Stetini, Pomeraniae, Cassu-
biorum, Vandalorum, Silesiorum, Crosnae
& Carnoviae Duci, Burggravio Nori-
bergenfi, Principi Rugiae,

Principi ac Domino suo Clementissimo

Disputationem hanc inauguralem

D. D. D.

Subjectissimus servus

LAURENTIUS EYSELIIUS
Fr.



Erecundam ejus cogitationem, qui lites execratur, non esse vituperandam, Jctus in l. 4. §. 1. ff. de alien. jud. mut. ca. asserit: & qui lites in tantum averfantur, ut malint jus suum indiscussum relinquere, quàm in judicio contendere, in jure apprimè com-

mendantur: arg. c. 2. pr. ubi Abb. Felin. & Job. Andr X de praescript. Wes. cons. 23. n. 39. Blanc. de compromiss. q. 1. n. 1. Jas. l. 87. ff. de legat. 1. n. 3. sed & Cic. virum bonum informans, multa multis de jure suo cedere, à litibus quantum licet, & paulo plus etiam quàm licet, abhorrere jubet lib. 2. de Off. In quam sententiam Martial. 10 epigr. 47. inter ea, quæ vitam faciant beatiorum, ponit, ut sit *Lis nunquam, togarara, mens quieta*. Et certè lite carere, pars vitæ beatæ mortalis est. Petr. Greg. Tholos. lib. 40. syntag. c. 11. n. 3. Verùm quandoquidem homines naturâ lites amant, & sicut diversitas corporum diversitatem indicat animorum, ita nec unum velle omnibus, sed ad dissentendum naturalis est facilitas: l. 17. §. 6. ff. de recept. qui arb. l. 4. ff. ad SC. Trebell. neque quicquam inter homines sic est indubitatum; ut non quandam sollicitam possit suscipere dubitationem Nov. 44. c. 1. §. 3. neq; litigiorum ortus in hac vitæ imbecillitate providentia humana præcave- ri potest cùm proh dolor ea temporum iniqua conditio sit, ut non nisi malitiosè & litium causâ perquam multi omnia agant, contrahant, litigent, & quævis ad suum trahere molendinum satagant: Parthen. litig. lib 1. c. 8. n. 23. indefesso scilicet quodam litigandi pruritu insanientes, ut vita ipsis parum dulcis videatur, nisi perpetuis litibus occupati omne

A 2 vitæ

vitæ studium vexandis aliis impendant, sibi que ex aliis ne-
 fariam voluptatem capiant, tanquam victuri infeliciter si-
 affiduis processibus non agitentur: *Dambaud. prax. rer. civ.*
c. 27. n. 1. ut haud immerito nec sine indignatione illud vetus
 recoquere liceat: *δικη δίκη ἔτεκε, καὶ βλάβην βλάβη*: ex *Wes.*
par. ff. de judic. n. 13. add. Hipp. a Coll. de increm. urb. c. 12. inf Id-
 eo que sacratissimus Imperator noster, cujus diadema præ-
 ter religionem etiam subditorum cura decoravit, teste *Leon.*
N. 30. venerandæ antiquitatis quæ jura sustinebat, magnam-
 que curam agebat, ne facile homines ad litigandum proce-
 derent, *pr. I. de pæn. tem. litig* vestigiis insistens, ejusque quod
proæm J. pr. insinuabat, Principis sc. esse per legitimos trami-
 tes calumniantium iniquitates expellere, non immemor,
 sed & reipubl. & partium maxime interesse, lites ocyus fini-
 ri, ne finis negotij causæ alterius exordium fiat, & modus li-
 tium multiplicetur: *l. 13. C. de judic. l. 2. C. de re jud. l. f. ff. pro suo.*
imò lites ex litibus gigni pernitosum ac nefas esse ratus. l. 3.
C. de fruct. & lit. exp. præter alias saluberrimas Constitutio-
 nes, quas litium abbreviandarum ergo promulgavit: etiam
 materiam **COMPROMISSORUM**, quippe quæ in odium
 litium introducta, & ad finiendas lites pertinet: *l. 1. ff. de re-*
cept. qui arb. sive **ARBITRORUM**, ad quos non differen-
 darum sed tollendarum litium causa iri, ait *JC. in l. 37. ff. d. 1.*
 & à quibus intra privatos parietes absque publica magistra-
 tus occupatione controversiæ deciduntur. *Wes. par. ff. h. n. 3.*
 Corpori juris inseruit, & tum *JC*torum tum divalibus & suis
 & anteriorum Principum constitutionibus illustravit, in
 quam præsentis Disputatione paulò altius inquirere vi-
 sum est.

T H E S I S I.



Nipso autem limine ad præcavendos errores & evi-
 tandam incertitudinem, quam parit neglectus verbo-
 rum: *Oldend. ct. 4. act. Mand. vocis Arbitri* significatio &
 acceptio, quæ varia, ignoranda non est. **Conjuratos**
 multa

multa inter se remotis arbitris de novo egisse consilio, recipi-
 endis sc. clam noctu in urbem Tarquinijs, Liv. l. 2. hist. scribit: &
 Catilinam remotis arbitris orationem ad conjuratos habuisse, Sal-
 lust. autor est: ubi arbitros pro testibus seu observatoribus poni ex-
 peditum est: in eodem significato etiam *arbitrum iurijurandi* dixit
 Justin. lib. 24. c. 2. qui vocem *arbitri* quoque pro *judice* usurpavit. lib. 27.
 c. 2. & *arbitrium pro imperio*. lib. 1. c. 1. quo sensu apud Tacit. lib. 6. *Annal.*
circa fin. rei Romanæ arbitrium tribus ferme & viginti annis obti-
 nuisse Nero legitur. Jctis verò *Arbiter* nonnunquam *judicem* da-
 tum addictumque à Prætore in judiciis bonæ fidei & arbitrarijs de-
 notat: e.g. *arbiter fam. ercisc. dicitur* l. 1. pr. ff. de dot. collat. l. 20. pr. l. 44. §.
 7. l. 47. pr. l. 52. §. 2. ff. fam. ercisc. (qui & *arbiter dividendæ hæredi-*
tatis appellatur l. 18. C. eod. & *arbiter divisionis*. l. 26. §. 1. ff. de pact. dot.)
 sic *arbiter* in *judicio communi divid.* appellatur. l. 31. ff. de usu & usu-
 fr. leg. l. 26. ff. comm. divid. l. 3. C. eod. item *arbiter pro socio* l. 38. ff. pro soc.
arbiter tutelæ. l. f. ff. rem pup. salv. l. ult. de appell. *arbiter actionis* quod
 metus causa. l. 14. §. 4. ff. quod met. Quibus & aliis consimilibus locis
judices ideo dicuntur *arbitri*, quod ex natura earum actionum, &
 secundum formulam prætoris: *Ex bona fide*, vel *Quantum æquius me-*
lius, iis solutius permittebatur sequi & amplecti æquitatem, ita ut
 quantitati contractus servire non cogerentur, sed vel excedere vel
 minuere summam possent, pro ratione ejus quod vel actoris vel rei
 interesse censebant. Wes. par. ff. de eo quod cert. lo. n. 4. 5. & per conse-
 quens *arbitrium* nihil aliud significat, quàm *judicium æquo & bo-*
no consentaneum, quale à viro bono proferri expectarique oportet:
 l. 22. §. 1. ff. de R. l. l. 7. pr. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de legat. 2. add.
 Brisson. de V. S. lib. 1. voce *Arbiter*. Interdum accipitur *arbiter* pro eo,
 qui à Prætore vel alio magistratu aut *judice* ex dispositione juris
 constituitur non ut de negotio principali velut *judex* datus cogno-
 scat, aut absolvendi condemnandivè potestatem habeat, sed ut si
 quid private contentions in cursu litis aut præparatoriis *judicij*
 discutiendum venit, expediat, veluti an fidejussores sint idonei? l. 9.
 l. 10. ff. qui satisd. cog l. 6. C. de advoc. divers. *judicium*: an causæ recusatio-
 nis *judicis justæ*? l. f. C. de *judic.* (quo casu notare licet differentiam u-
 triusque juris, dum nimirum secundum LL. *arbitri*, qui statim intra
 triduum à tempore recusationis eligendi sunt. d. l. f. C. d. r. cogno-
 seunt non tantum, an ipsa causa recusationis sit sufficiens? verum
 etiam de principali negotio, si deprehenderint causam justam esse.

l. 16. d. l. f. C. d. t. Jure vero Canon. arbitri non cognoscunt de causa principali, sed tantum de recusatione, quam si viderint iniquam, remittunt causam ad judicem priorem: sin idoneam, alius erit pendendus iudex vel ad superiorem causa devolvitur: c. 39. X. de offic. & pot. jud. deleg. c. 61. X. de appell. c. 2. eod. in. 6. Rittersh. 5. Diff. utriusque jur. 8. & 17. Em. a Rosb lib. 3. de compar. J. Civ. & Can. t. 3. n. 16. & seq. item ad ineundam bonorum quantitatem, cum L. Falcidiae locus esse dicitur. l. 12. ff. ad L. Falc. l. 1. §. 6. ff. si cui plus quam per L. Falc. & alia expedienda, quorum vestigia passim in jure occurrunt: cujus generis arbitros Wes. par. ff. à quib. appell. n. 5. Commissarios, Dd. communiter Arbitros juris vocant: Schneid. in §. omnium. J. de Alt. n. 24. & seqq. Marant. spec. aur. p. 4. dist. 14. adde Bach. ad Tr. p. 1. D. 12. §. 4. l. F. Wes. par. C. h. n. 6.

II. Interdum autem & in potiori significatu arbiter denotat eum, qui extra iudicium ad lites componendas adhibetur, & juxta Fest. lib. 1. vi vocis ideo dicitur, quod totius rei arbitrium & facultatem habeat, nec ullis adstricta vinculis religio ejus: unde secundum Senec. 3. de benef. 7. sententiã suã, non prout lex aut justitia suadet, sed prout humanitas & misericordia suggerit, regere potest: & secundum Arist. 1. Rhet. 13. in f. ο διαμετρητὴς τὸ ἐπιμενὲς ἡγήσασθαι, ὁ δὲ διακρίσας τὸν νόμον: estq; Mediator seu quasi iudex ad controversias extra iudicium explicandas à litigatoribus constitutus. Hujusmodi autem arbitrorum duo sunt genera. l. 76. ff. pro soc. Vnũ tale, ut si ve æquum si ve iniquũ dixerint, parere debeamus, quod observatur, cum ex compromisso ad arbitros itum est, cujusmodi arbitrium dicitur Merum seu personale, Gothofr. in not. ad d. l. 76. item liberum & plennm. l. 7 §. cum quidem ff. de reb. dub. l. 11 §. 7. ff. de leg. 3. item mera voluntas. l. 75. pr. ff. de legat. 1. estque notio causarum certe persone ex litigantium compromisso concessa & ab eadem recepta. Lanfranc. de arb. 1. part. princ. n. 13. & seqq. Et hi arbitri vulgo Recepti. t. t. C. h. quod secundũ Imper. in l. 14 C. de judic. ex recepto causas dirimendas suscipiunt: ac Compromissarij. l. pen. C. h. t. l. pen. C. de pact. l. 4. ff. de tut. & curat. dat. l. f. pr. C. de testib. habentes arbitrium compromissi l. 21. §. 5. ff. h. ex compromisso sumti. l. pen. ff. de judic. arbitri penã compromissi vallati. l. pen. pr. C. h. iudices arbitrales Nov. 82. c. 11. Græcis αἰρετοὶ διακρίσας: item καὶ ἐπιμετρητὴς διαμετρητὴς, & ἐπιμετρητὴς: Ritt. p. 9. Nov. c. 5. n. 17 nostrã linguã Willführliche Schiedsrichter / item Veranlaßte Richter. Schneid. d. §. Omnium. n. 32. I. de A. Ritt. d. c. 5. n. f. appellari solent: & sunt qui ex compromisso partium de causa soleniter loco iudicis cognoscunt: Althus. 3. dicaolog. 4. n. 24. Briffon. d. lib. 1. de V. S. voce Arbiter. Pac. Method. C. h. n. 5. Bapt. à S. Blas de dif-

fer. in.

fer inter arb. & arbitrat. q. 2. n. 3. Gail. 1. O. 150. n. 4. & quidem voluntarie, tum ex parte compromittentium, quorum nemo cogitur in arbitrum consentire. l. 56. §. 1. ff. de evict. tum ex parte arbitri, qui non tenetur acceptare compromissum, cum sit res libera & extra jurisdictionis posita necessitatem: l. 3. §. 1. h. t. id quod infra latius patebit: ad differentiam videlicet arbitratorum, qui ex statutis certorum locorum, qualia in plurimis Italiae civitatibus vigere testis est M. Ant. Blanc. tract. de comprom. inter conjunct. pr. ad lites inter necessarios componendas à partibus eligendi sunt, & in quarum compromissum omnino consentire coguntur electi, qui inde arbitri statutarij appellantur, & arbitris juris, de quibus sup. in pluribus à Dd. comparantur, eorumque sententia eisdem cum sententia judicis effectus producit. latè Blanc. d. tract. q. 9. part. 2. n. 1. & seqq. Cam. Borell. tract. de comprom. per tot Hillig. 28. D. E. ult. l. A. Schneid. d. §. Omnium. Honor. ab Axel summâ Decret. h. n. 4. & seq. Ritt. d. c. 5. n. 39. Alterum arbitratorum genus tale est, ut ad boni viri arbitrium redigi possit, etsi nominatim persona comprehensa sit, cujus arbitratu fiat, d. l. 76. ff. pro soc. id quod vulgò Arbitrium boni viri dicitur sive in certam sive in incertam personam collatum sit, quia non tam ad ipsam personam, quam sententiae æquitatem habetur respectus: Gothofr. in not. ad d. l. 76. Ipsi autem qui hoc arbitrij in se recipiunt, Arbitratores & amicabilee compositores, item μεστω. Nov. 90. c. 8. Ritt. 9. N. 22. n. 25. C. I. A. h. t. 78. & de testib. 7. Pac. Method. C. h. c. 1. n. 4. nobis Spruch: vnd schiedtsleut. Ritt. 9. N. 5. n. 39. & f. vocantur: quorum arbitramentum ad instar contractuum redigitur. Innocent. c. quintavallis. X. de jurejur. n. 3. & 4. Bl. in l. 1. n. 10. C. h. Hon. ab Ax summâ, Decr. h. n. 2. eò, quod controversiam inter partes ex æquo & bono, nulla juris servata solènitare, componunt, Althus. d. c. 4. n. 25. Gail. d. O. 150. n. 4. & seqq. Schneid. d. §. omnium. n. 29. Br. & Bl. in d. l. 76. pro soc. sententiamq; non semper secundum justitiã ferunt, sed prout verisimile est litigantes acquieturos, & ideo eis permittitur, ut possint pro bono pacis dare uni quid de jure alterius. c. 21. X. de prebend. Br. l. idem Pomponius. ff. h. Parthen litig. lib. 2. c. 4. num. 17. Bapt. à S. Bl. d. tract. de different. inter arb. & arbitrat. q. 93. n. 76.

III. Ad cognoscendum autem an quis assumtus sit tanquã arbiter an velut arbitrator, non tam vocabuli significatio (v. c. si quis eligi dicatur in arbitrum, passim ff. h. t. vel in arbitrum & bonum virũ. l. 3. §. 1. ff. h. vel litis disceptatorem d. l. 3. §. 1. ubi gl. & Dd. vel quando simpliciter partes in aliquem conferunt arbitrium, ex compromisso.

*missio. r. t. ff. & C. h. quibus casibus certum est partes in arbitrum reverâ
consentisse, idque vi verborum, à quibus in dubio recedendum non
est. l. 69. pr. de legat. 3. l. 1. §. 20. v. in re. ff. de exerc. act.) quàm etiam forma
compromissi & intentio partium attendi debet; & ideo si in quem
compromissum sit ut arbitratoré, eâ tamen lege, ut libellum & re-
sponsiones & probationes recipiat, ac ordine juris servato proce-
dat, vel simpliciter in aliquem compromissum sit absque mentione
arbitri, sed tamen super lite, vel etiam adjecta sit conventioni pœ-
na: hic arbiter omnino & non arbitrator censi debet. Bapt. à S. Bl.
d. tr. diff. q. 4. n. 10. per tot. Abb. & CC. in d. c. quintavallis X. de jurejur. Br. d. l.
76. pro soc. n. 12. Sic & ex adverso quis intelligitur electus arbitrator,
non tantû cum id expressè a partibus statuitur, vocando simpliciter
Arbitratoré Br. & Dd. in d. l. 76. & l. 43. ff. de V. O. l. f. C. de contrah. empt. Sed
& si in quem cõpromittatur tanquam arbitrum, ita tamen ut proce-
dere possit ordine juris servato vel non servato: qui si omissio pro-
cessu judiciario controversiam deciderit. arbitrator erit: Innocent. d.
c. quintavallis Specul. tit. de arb. §. f. v. quid si sit compromissum; Blanc.
d. tr. q. 1. n. 29. vel ut in arbitrum, ita tamen ut controversiam extra-
judicialiter & amicè componat ac ex bono & æquo decidat Abb.
Hostiens. & Dd. comm. in d. c. quintavallis. vel si quis simpliciter assuma-
tur super contractu: ut in d. l. f. C. de contrah. empt. & d. l. 43. ff. de V. O.
verba siquidem rebus non res verbis deservire consentaneum est:
l. 2. v. sed ut subtilitati. C. de constit. pec. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. latissimè Bapt.
à S. Bl. d. lo. Id quod maxime observandum monet Gail. d. O. 150. n. 5. &
seq. quoad fundandam jurisdictionem Camera Imperialis in extra-
hendis processibus, ut forma & modus compromissi diligenter ex-
cutiatur, an nimirum sint arbitri an arbitratores, à quorum senten-
tia reductio petitur, cum à laudo arbitri nec appellatio detur nec
reductio, id quod infra manifestius apparebit. Præterea & illud
notandum, quoties aliquid in arbitrium alterius reijcitur, tale in-
telligi, quale viro bono convenit, non vagum & indiscretum, sed
doli expers & ab enormi læsione alienum: c. 81. de R. I. in 6. l. 30. ff. de
oper. libert. l. 1. §. 7. ff. de leg. 3. l. 24. pr. ff. locati, Gail. d. O. 150. n. 5. Brisson de
V. S. d. lo. Cæterum quæ & quam variæ inter arbitrum & arbitratoré
à Dd. constituentur differentiæ, apud ipsos, præsertim Bapt. à S. Bl.
d. tr. different. inter arb. & arbitrat. per tot. M. Ant. Blanc, d. tr. de comprom.
inter conjunct. Lanfr. de Orian. & Cam. Borell. de comprom. Schneid. d. §. o-
mnium I. de Act. Gail. d. O. 150. & alios latius videre est, nec mei insti-
tuti*

ut eas in presentiarum indagare, quandoquidem hac vice de prioris generis & καὶ ἐξ ὧν arbitris, ijs nimirum qui ex partium compromisso judicant, ulterius disquirere animus est.

IV. Compromissum autem est mutua litigantium conventio qua se arbitri sententia stare velle in vice promittunt. C. A. h. θ. 2. Wes. par. C. h. n. 2. Et compromittere possunt omnes, qui non aut natura aut lege prohibentur: arg. l. 12. ff. de judic. Natura prohibetur Infans, furiosus, mēte captus, sardus & mutus, qui tā intellectu quā intellectu operatione destituuntur: Bach. d. D. 12 θ. 6. l. B. C. Bor. d. tr. §. 1 gl. 3. n. 60. & seqq. Lanfr. part. prin. 3. n. 13. inf. Lege prohibetur (1. Servus. l. 32 §. 8. ff. h. ubi Br. & Dd. Lanfr. d. part. 3. inf. Spec. de arb. §. restat. v. servus autem: habet enim pro nihilo & reputatur pro mortuo. l. 32. l. 209. ff. de R. l. l. 59. inf. ff. de condit. & demonstr. & sicut non habet legitimam personam standi in iudicio, ita nec potest facere compromissum. l. 3 §. 8. ubi Goth. in not. ff. de pecul. l. 6. C. de judic. ideoque hoc casu nec arbiter sententiam dicere cogitur, nec si dixit, ejus datur executio. d. l. 32. §. 8. h. C. Borell. d. gl. 3 n. 39. & seqq. (2. hinc & compromittere vetantur deportati, cum civitatem amiserint & à limine iudicij repellantur. l. 2. ff. de cap. min. §. 2. I eod. habent enim pro mortuis & dicuntur vivere per vituperium. l. 1. in f. ff. de bon. possess. contr. tab. l. 63. §. 10. ff. pro soc. l. 29. §. 5. in ff. de lib. & posthum. gl. in pr. v. hi enim. l. de excus. tut. (3. prohibentur item damnati ad mortem utpote servi pœnæ. l. 29. ff. de pœn. l. 8. §. ult. ff. de testam. l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. qui & omnibus bonis post sententiam privati sunt, quippe quæ statim aut descendentibus vel adscendentibus intra tertium gradum aut fisco applicantur: Auth. Bona. C. de bon. damnat. C. A. de testam. θ. 6. n. 6. Cam. Bor. d. gl. 3. n. 319. 325. (4. an autem & quatenus minores compromittere possint videamus: & pupillum quidem sine tutoris autoritate non posse efficaciter compromittere constat ex l. 35. ff. h. ubi arbiter non cogitur pronuntiare, si pupillus absque tutore autore compromiserit, quia nihil sine eo agere potest, quod sibi damnosum esse possit: pr. l. de auctor. tut. atqui eo ipso dum compromittit pupillus, læditur, dum metu pœnæ cogitur stare sententiæ arbitri, nec ab ea licet ipsi appellare. l. l. C. h. per consequens ex tali compromisso non obligatur, sed sententia arbitri est elusoria. l. 27. §. 5. h. nisi fidejussor accesserit stipulationi, à quo pœna exigi possit. d. l. 35. h. l. 13. ff. de minor. Scacc. lib. 2. de judic. caus. civ. & c. c. 2. num. 317. & seqq. Lanfr. d. p. 3. n. 4. Spec. d. §. restat v. sed quid de minore. Blanc. q. 3. n. 40. C. Borell. d. gl. 3. nu. 46, 47. Hon. ab Ax. sum. tit. X.

B

de ar. h



de arb. n. 12. accedente vero tutoris autoritate omnino poterit compromittere, habito tamen discrimine inter res mobiles quæ servando servari non possunt, & immobiles ac iura, ita ut de istis quidem possit compromittere, cum & alienare possit, de his autem non nisi decreto magistratus interveniente, quia alienatio harum rerum absque decreto Prætoris & justa causa facta à tutore est ipso jure nulla. t. t. ff. & C. de præd. & al. reb. minor. ergo etiam compromissum; quod itidem in effectu species est quædam alienationis, & qui prohibetur alienare, is nec compromittere potest: Panorm. in c. cum tempore. X. h. t. n. 3. v. ult. Blanc. q. 4. nu. 28. gl. & Br. in l. non solum. C. d. tit. de præd. & al. reb. ac solennitas quæ requiritur in alienando, requiritur etiam in compromittendo: Abb. d. lo. per tex. in d. l. non solum. C. d. t. ubi prohibetur transactio fieri per minorem absque decreto iudicis, & omnis alius modus transferendi in alium, quo etiam arbitrium pertinere nulli dubium esse potest: licet enim compromittens tunc temporis re ipsa non alienet, facit tamen actum, per quem sequi possit alienatio: Scacc. d. c. 2. n. 265. 284. n. 345. & seqq. Cam. Bor. d. gl. 3. n. 56. & seqq. Lanfr. d. p. 3. n. 2 & seq. Minor item curatorem habens absque ejus consensu non potest compromittere. l. si curatorem. 3. C. de in integ. rest. Hostiens. sum. tit. X. de arb. §. de qua v. sed quid. Spec. d. §. restat. v. quod minor. Jac. de Butrig. de oppos. Comprom. n. 4. Lanfr. d. lo. num. 5. Scacc. d. c. 2. n. 310 & seq. carens vero curatore potest compromittere super mobilibus, quippe quæ nec alienare prohibetur: sicut & alios contractus celebrare potest, quamvis restituatur, apparente læsione: d. l. 3. Lanfr. d. lo. Bapr. à S. Bl. d. tr. diff. q. 61. n. 15. Blanc. d. q. 3. n. 4. Borell. d. gl. 3. n. 59. Scacc. d. c. 2. n. 264. & seqq. non autem super immobilibus, utpote de quibus nihil absque decreto prætoris & consensu curatoris efficaciter potest disponere: Bl. in l. 1. C. si adv. transact. Matth. de Afflict. decis. 285. Br. in l. nulli. in ff. de transact. Ias. l. si constante. ff. solut. matrim. n. 221. Lanfr. d. n. 2. Blanc. d. q. 3. n. 39. Scacc. n. 275. & seqq. (5. Pari modo prodigus, cui bonis interdictum, compromittere non potest: qui furioso comparatur, & nec finem nec tempus habens expensarum furiosum in bonis facit exitum. l. 1. ff. de curat. fur. Dd. in l. is cui. 6. ff. de V. O. (6. Nec mulier alieno nomine compromittere potest, utpote tuta exceptione S. C. ti. Velleiani. l. 32. §. 2. h. quia pro alio intercedit & pœnam promittit, quæ peti nequit: nihil autem interest, vitiosè quid fiat, an omnino non fiat: arg. l. 6. ff. qui satisfac. cog. C. A. h. 0. 4. n. 1. Bach. d. D. 12. 0. 6. l. B. Lanfr. d. lo. n. 8. (7. sed nec procurator

rator quamvis universorum bonorum valide compromittere potest, ut inde Dominus obligetur: quia videtur quodammodo transigere, cum sponte nulla necessitate coactus promittit stare mandato arbitri: *Abb. in c. 9. X. h. n. 3.* Pacisci autem vel transigere sine speciali mandato non potest *l. 60 ff. de procur. c. 4 ubi gl. in verb. pacisci de procur. in 6. ergo nec compromittere d. c. 9. X. h. Dd in l. 49. ff. d. t. de procur. Spec. d. t. de arb. §. 1. v. 15. Lanfr. d. p. 3. n. 7. Borell. §. 2. gl. 3. n. 25. & seqq.* Ne tamen altera pars decipiatur, adversus procuratorem, qui illicitè se alienæ causæ immiscuit, agi potest ad pœnam, siquidem certa promissa sit, aut ad interesse, eo casu quo ad certam pœnam se non adstrinxit *d. c. 9. X. h. t. & ibi Vivian. in ration. add. Gilhaus. arb. judic. p. 3. §. 2.* An autem & quatenus administratores civitatum & Syndici possint compromittere: *v. C. A. de transact. θ. II. Gilh d. p. 3. §. 2. n. 22. Lanfr. d. lo n. 10. Borell d. §. 1. gl. 3. n. 292. & seqq.*

V. Porro compromitti potest in omnes qui similiter non prohibentur: parvi namque referre ait Jctus in *l. 7. h. ingenuus quis sit an libertinus, bonæ famæ an ignominiosus, quoniam sibi imputent partes, quod talem elegerint. Freher. 3. de infam. c. 28 n. 12. Blanc. q. 2. nu. 13. Spec. §. 2. v. item possunt. add. c. infames, v. nihil enim 3. q. 7.* Et præter eos quidem qui natura prohibentur, quorum initio thesis superioris facta est mentio. *de quibus habetur l. 9. §. 1. h. v. C. A. θ. 6. h. Blanc. q. 2. n. 27 & seqq. Spec. §. potest. v. item prohibetur. Bapt. a S. Blas. q. 11. & seqq. Specialiter Lege prohibetur arbiter esse (1. Servus l. 7. l. 9. pr. h. qui tamen liber factus, si post manumissionem consentientibus partibus sententiam dixerit, valet. d. l. 9. Blanc. d. q. 2. n. 18. at quid si in servum & liberum sit compromissum? non valere ait Jc. d. l. 7. §. 1. quia servus arbiter esse nequit, qui pro nullo habetur, sed nec liberi sententia valet, quia non in unum sed duos collatum est arbitrium: quin & partes in unum non consensissent, nec forsitan unus arbitrium recepisset dict. l. 7. §. 1. h. (2. Prohibetur arbitrari Monachus: quia tales non possunt dispensatores esse forensium causarum & negotiorum. c. de presentium: & passim. 16. q. 1. arg. l. 41. C. de episc. & cler. l. 23. C. de testam. & quoad mundana mortui sunt ac servi, & nihil est commune eis cum publicis actibus: c. 8. 16. q. 1. l. 17. C. de ep. & cler. & Monachi jubentur esse alieni à consortio Laicorum. N. 133. c. 1. Spec. §. f. v. sed quero. (3. nec depportatus arbiter esse potest, utpote qui nec judex erit, cum omnia, quæ sunt juris civilis, amittat, §. 1. I. de cap. dimin. Bl & Dd in l. cum prætor. §. non autem. ff. de judic. gl. & Odofr. in l. 7. pr. h. (4. pari modo nec excommunicatus,*

utpote quicum neque loqui licet, nisi quis eadem specie excom-
munications pollui velit: *c. cum excommunicato. 11. q. 3. c. 5. X. de cler.*
excomm. qui & deportato æquiparatur, nec iudex esse potest: c. 24. X.
de sent. & re jud. Blanc. q. 2. n. 9. & 15. Bapt. à S. Bl. q. 7. & 10. nu. 18. & 24.
(5. nec pupillus arbiter esse potest: l. 9. §. 1. h. (6. nec minor XX. annis, cum
lege Juliâ cautum sit, ne minor XX. annis iudicare cogatur, inde fa-
ctum est, ut nemini liceat minorem XX. annis arbitrum eligere,
quia pœna ex sententia eius non committitur. l. 41. ff. h. Spec. S. potest.
v. item minor. Lanfr. p. 2. n. 20. Bapt. à S. Bl. q. 9. n. 21. quamvis aliàs æquissi-
imum sit, ut si is qui major est XVIII. annis iudex datus causæ cogni-
tionem volens susceperit, & litigatores gnari ipsius ætatis in eum
consenserint, sententia ab ipso lata servetur: l. 57. ff. de re jud. l. 23. ff. de
appell. C. A. de iudic. §. 31. ratio vero, quare facilius quis iudex dari quàm
arbiter possit, triplex assignatur, 1. quod ille iudicet autoritate pu-
blica, hic privatâ. 2. quod ille ex præscripto formulæ, hic ex arbi-
trio. 3. quod illius sententia appellatione emendari possit; hujus lau-
do, sive æquum sive iniquum dixerit, metu pœnæ standum sit. Bach.
d. D. 12. §. 6. l. D. Maior autem viginti annis arbitrium recipiens
sententiam dicere cogitur, qui tamen si se læsum ostendat, restitui
potest: d. l. 41. h. Abb. & CC. ste in c. cum vigesimum. 41. X. de off. deleg. (7. nec
in mulierem potest compromitti, voluit enim Imp. l. f. C. h. ut mulieres
sua pudicitia memores, & operum, quæ eis natura permisit, & à
quibus abstinere iussit, ab omni judiciali agmine (seu ut Ritt. 5. Diff.
10 ex c. 4. X. h. textum emendat, Examine) separentur, ita ut ex illa-
rum electione nulla pœna, nulla pacti exceptio adversus justos ea-
rum contemptores habeatur: quod tamen de jure Can. postmodum
limitatum est in fœmina de consuetudine dignitatem aut jurisdic-
tionem habente: d. c. 4. X. h. ubi ratio: quia consuetudo approbata,
quæ pro lege servatur, fœminis quoque præcellentibus ordinariam
tribuat jurisdictionem; unde tamen non sequitur, ut vulgo autu-
mant Dd. in quamvis fœminam compromitti posse, cum textus de
ea saltè loquatur, cui ordinaria cõpetit iurisdictio. Ritt. d. c. 10. Vivian.
ration. ad d. c. 4. X. h. Spec. S. potest esse. pr. Bapt. à S. Bl. q. 6. n. 15. Blanc. q. 2. n. 34.
& seqq. (8. sicut nemo in sua causa iudex esse potest l. 7. in f. ff. de iudic. l.
10 ff. de iuris d. l. 13. ff. quod met. ca. t. t. C. ne quis in sua ca. jud. ita nec in pro-
pria causa arbitrari potest: l. pen. h. quia nec imperare sibi neque se
prohibere quisquam valet; & amor sui plerosque mortales trans-
versos agit, & cœcos reddit in propriis; unde nihil expectandum
foret,

foret, nisi ut perversæ inde orientur sententiæ & arbitria: & licet is, cui ab adversario iusiurandum delatum est, iudex in sua causa ab eodem constitutus dicatur; sit tamen istud improprie, non enim ipse jurans proprie loquendo iudicat, sed saltem iudici secundum se pronuntiandi occasionem præbet, & iusiurandum non tam sententiæ loco est, quam probationis, & ab onere probandi relevat. *Ritt 9. N. 5. n. 33. propria autem causa est, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet: l. 1. §. 11. ff. quand. appell. sit. add. Blanc. d. q. 2. n. 52. & seqq. Lanfr. d. p. 2. n. 18.* Potest tamen filius in causa patris esse arbiter, nam & iudicem eum esse posse plerisque placet *l. 6. h. conf. l. 77. 78. ff. de iudic. c. infames. v. filius. 3. q. 7. Puc. Method. C. h. n. 54. & Evau. no. cent. 1. q. 57. (9. nec iudex ejus cause, de qua iudex datus est, arbitrium recipere potest. l. 9. §. 1. h. quem textum perperam Br. Bl. & Dd. commun. h. Spec. d. §. potest esse. v. idem iudex. Blanc. d. q. 2. n. 41. Bapt. à S. Bl. q. 15. n. 34. ad quem vis magistratum ordinarium detorquere, eundemque *l. Can. c. 5. & 10. X. h. correctum esse, statuere videntur: quos sequitur Ritt, 5. Diff. 10. pr. cum non facile statuenda sit diversitas utriusque juris, & utique nihil impediatur, quo minus v. c. in prætorem aut præsidem rectè compromittatur: ac verius sit, Jctum in d. §. 1. loqui non de quovis magistratu majori sive ordinario, sed de iudice pedaneo sive dato, cujus diversitatis ea ratio, quia iudex datus à formula præscripta non potest recedere: at ordinarius potest, utpote non ex præscripto iudicans: ex quo fit, ut in hunc compromitti, in illum non possit: id quod etiam confirmari videtur *l. 4. ff. de tut. & cur. dat. ubi Prætor seipsum tutorem dare non posse dicitur: sicut nec pedaneus iudex nec compromissarius ex sua sententia fieri possit: cum igitur hoc loco Prætor ex sua tantum sententia compromissarius esse posse negetur, consequens est eum ex voluntate partium arbitrari posse: Duar. in comment. ad h. t. Bach. d. D. 12. §. 6. l. F. C. A. h. §. 6. n. 9. Pariter & hodiernis moribus arbitria in Camera Imperiali recipi, & ejus jurisdictio ex compromisso partium fundari solet: habitata tamen personarum compromittentium immediate imperio subiectarum, & iudices Ordinationis, vulgo die *Austräg* / habentium, itemque partium pro suis qualitatibus in prima instantia ad Cameram pertinentium ratione: *Recess. Ratisb. An. 1594. §. 21. ff. auch der Compromissen.* Vbi tamen ne processus causarum ad Cameram pertinentium per eiusmodi compromissa retardetur, cautum est, ut partes non in Camera, sed alio imperii loco opportuno, prout inter il-***

las convenerit, processum instituunt, & ad sententiam usque exclu-
sive procedant, ac factâ utrinq; causâ conclusionem, acta per eos, co-
ram quibus causa disceptata est, utraq; parte vel earum loco Procū-
ratoribus præsentibus, collecta, & arbitri partiumve sigillis obli-
gnata ad Camerâ deferenda litigantibus committantur: ut illa visis
actis postmodum, quod juris est, pronuntiet. *Guil. Roding. pand. Ca-
mer. lib. 1. t. 4. n. 22. & seqq. Mynsing. cent. 2. O. 5.*

VI. De quibus rebus autem compromitti possit, nunc dispici-
endum venit: Et de qualibet re civili controversa, & vel de una vel
de pluribus, vel de omnibus utriusque partis causis simul compro-
mitti posse consentaneum est: *l. 13. §. 1. l. 19. §. 1. l. 21. pr. & §. plenum. l. 43.
ff. h.* Non tamen compromittitur (1. de causa liberali item de causa in-
genuitatis aut libertinitatis, quarum favor majores iudices requirit:
*l. 32. §. 7. h. l. ult. C. ubi ca. stat. l. 2. C. de pedan. judic. (2. nec de causa in inte-
grum restitutionis. l. f. ubi gl. & Dd. C. ubi & ap. quem cognit. c. causa. X. de
in integ. rest. nisi incidēter. c. pen. & f. X. h. Spec. d. t. de arb. §. restat. pr. gl. in
d. l. 32. §. 7. add. Bapt. à S. Bl. q. 20. n. 47. ubi alias addit limitationes. Blanc.
q. 4. n. 14. & seqq. (3. nec super re judicata aut per transactionem vel iura-
mentum sopita: d. l. 32. §. 5. ubi gl. & Dd. h. c. 11. X. h. t. add. l. 7. l. 1. ff. de trans-
act. l. 23. §. 1. ff. de cond. indeb. Trentl. p. 1. D. 12. 0. 6. l. G. & ibi Bach. in not. Gil-
haus. d. p. 3. arb. jud. §. 3. n. 11. (4. nec super causa populari aut iudicio cri-
minali. d. l. 32. §. 6. d. S. 7. v. idem dicendum. d. c. causa. X. de integ. rest. fieret
enim hoc in præjudicium & fraudem reipubl. & pœna corporalis
aut pecuniaria fisco applicanda verteretur in commodum partis:
Lansf. p. 4. n. 1. & seqq. Blanc. q. 4. n. 26. In actione tamen ex contractu
famola valet compromissum, quia ex sententia arbitri nunquam
oritur infamia. *l. 13. §. 5. ff. de his qui not. inf. (5. nec de causa spiritali in
arbitrum Laicum compromitti potest. c. 8. X. h. t. cum indignum puta-
runt Canones, ut Laicus in ejusmodi negotiis arbitretur: & Laici ac
seculares non debeant tractare negotia Ecclesiæ. c. 2. X. de judic. c. 56.
X. de election. ne illorum arbitrio talia disponantur, in quibus eos
manet necessitas obsequendi, non autoritas imperandi. c. bene qui-
dem. Dist. 96. Vivian. in ration ad d. c. 8. X. h. & ibi gl. in f. Bl. in d. l. 32. §. 7. h.
ubi Laicum nec principaliter nec incidenter de causa spiritali co-
gnoscere posse docet: Bapt. à S. Blas n. 41. quod si tamē in Clericum &
Laicum simul cum consensu superioris de causa spiritali compro-
mittatur, locum arbitrio fore, cum ille huic associatus faciat eum
idoneum ad id arbitrij suscipiendum, statuit Abb. & Vivian in c. 9. X. h.**

latè

latè *Blanc. d. q. 2. n. 64. C. Borell. §. 2. gl. 1. n. 70. & seqq.* (6 *nec de causa matrimoniali*, quæ pariter majores judices requirit, c. 9 *X de in integ. rest. c. f. X de transact. gl. & Dd. in c. 1. X. de consang. & affin. Lansfr. d. p. 4 n. 5. & 6. C. Borell. d. §. 2. gl. 1. n. 87. & seqq.* ubi latè in rationes inquirunt: *gl. & Abb. c. tuam X. de ord. cognit. n. 3. (7. de re feudali an & quatenus compromitti possit: v. Bapt. a S. Bl. q. 18. n. 43. Spec. d. §. restat. v. sed nunquid vasallus. Lansfr. d. lo. n. 11. Hon. ab Ax. summ. t. X. h. n. 12. Lud. Schrad. p. 10. sect. 1. n. 166. Vult 2. F. 2. n. 3. add. Goth. Anton. Diss. feud. 14. §. 5. l. B. ubi dissentientes Dd. opiniones in consonantiam redigere conatur.*

VII. His ita expositis quomodo constituatur compromissum, videamus: Et quamvis aliàs iudicium detur in invitum. *l. 83. ff. de V. O.* compromissum tamen libera litigantium voluntate constituitur, cum se invicem cogere ad compromittendum non possint. *l. 3. §. 1. h. & compromissa sint voluntatis non necessitatis l. 56. §. 1. ff. de evict. Blanc. q. 1. n. 3. C. Borell. §. 1. gl. 3. n. 110* Et regulariter quidem ita, ut alter alteri mutua stipulatione pœnam promittat, si arbitri sententiæ non paruerit, *l. 11. §. 2. h.* (secus est si alter pœnam promittat, alter non: *d. l. 11. §. 4.* hoc enim effectu caret, nec arbiter cogi potest, ut sententiam dicat, quia is qui non promisit, non tenetur ei parere; nec prætor interponit auctoritatem, nisi pœna utrinq; promissa sit, cujus metu arbitrio pareatur: *d. l. 11. §. 1. d. l. 32. §. 1. & 3. h.*) pœna autem an in pecunia numerata, an in alia re consistat, nihil interest, *arg. l. 178. de V. S.* pariter si alter rem, alter pecuniam promisit, valet compromissum. *d. l. 11. §. 2. v. quid ergo. nec refert, an certa pecunia an incerta promissa sit, intelligitur en. id in stipulationem deductum quod interest. l. 28. h. C. A. h. §. 8. Hostien. summ. Decr. h. §. qualiter. Hon. ab Ax. h. n. 18.* Possunt tamen & simpliciter partes absque pœna mentione invicem stipulari, se arbitri sententiæ stare velle, quo casu adversus contumacem datur actio incerti ad interesse: *d. l. 11. §. 2. l. 27. §. f. h.* quandoquidem & hic qui promisit se stare velle sententiæ, creditur promisisse id quod interest, nî pareatur. *Wes. par. ff. h. n. 8. Host. d. lo. v. quid si nulla:* Solet etiam doli clausula adijci, qua partes promittunt dolum malum abesse ab futurumq; esse; quod compromissum plentem dicitur *l. 31. ff. h. l. 3. C. eod.* Sed & interdum nudo pacto compromittitur. *l. pen. C. h. idq; vel simpliciter, vel ita ut res controversæ deponantur apud arbitrum, qui vincenti eas dare debeat: item si ambo sint debitores, ut paciscantur, ne petat quod sibi debetur, qui sententiæ non paruerit: d. l. 11. §. 3. h.* Poterant & olim ar-

BITE

Arbitri eligi sub sacramenti religione, l. 4. C. h. quod postea sustulit Just.
Auth. decernit. C. h. ne scilicet daretur occasio committendi perjuriam,
Ritt. 9. N. 5. n. 19. quamvis iure Can. quo omne iuramentum, quod
non redundat in præjudicium alterius, nec vergit in propriæ salutis
dissidium, servandum est, c. quamvis. de pact. in 6. c. 8. c. 28. X. de ju-
rejur. jus vetus postliminio reductum videatur: gl. in c. 2. & c. 5. X. h. t.
Bapt. à S. Bl. q. 35. 36. n. 74. & seqq. Ritt. 5. Diff. 10. Porro compro-
mittitur vel purè vel sub conditione l. 11. §. f. l. 12. h. item vel ad certum
diem vel sine die l. 14. h. Et in unum & plures compromitti potest, quo
casu præstat eos eligi in dispari numero, ob naturalem hominum ad
dissentendum facilitatem: in impari enim numero idcirco com-
promissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est,
sed quia etsi dissentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio stetur:
usitatum tamen est, etiam in duos compromitti, qui si non consen-
tiant, Prætor eos cogit, ut tertiam certam personam, nobis einen
Obmann/eligant, cujus sententiæ pareatur: l. 17. §. 6. h. Wurms. Pract.
Obs. 3. O. 3. Mod. Pistor. illust. qq. p. 2. q. 71. n. 9. quamvis non valeat
compromissum in duos, ut ipsi si dissentiant, tertium assumant, quia
& in assumendo possunt dissentire: atqui opera danda est, ne lites
fiant immortales, sed ut quoad ejus fieri potest, maximè amputen-
tur, ne discordia ex discordia oriatur: c. finem. X. de dol. & contum.
idedè ne res sine exitu sit, aut partes ex hujusmodi compromis-
so diutius contingat litigare, voluit lex initio præcavere, statuendo,
ne tale compromissum aliquod robur obtineat. c. 12. X. h. & ibi Vivian.
in ratio. d. l. 17. §. 5. h. Pac. Met. C. h. n. 10. Hon. ab Ax. h. n. 16. non idem me-
tuendum est superioricasi, quia si compromissum simpliciter in duos,
tunc ne res cadat in vanum, ordinarius cogit arbitros, ut assumant
tertiū, cujus laudo stari possit: latè Mod. Pist. d. p. 2. q. 72. n. 3. & seqq. Sed
si ita compromissum sit, ut arbitrato Titij aut Sej res decidatur, an va-
leat, quæstionis est? & valere ait JC. quia uterq; alternativè est ar-
biter, in quorum alterutrum si partes postmodum consenserint, is
à Prætoris cogitur ferre sententiam. d. l. 17. §. 4. h. Non tamen
compromitti in aliquem potest, ut certam ferat sententiam, aut secun-
dum quod Titio disceptatori placuerit, quia ipsi adimitur libera voluntas,
sine qua arbiter esse nequit: l. 17. §. 3. l. 19. pr. h. Mod. Pist. d. q. 71. n. 3. &
4. secus est si convenerit, ut consilio Titij pronuntiet, c. 7. X. h. t. is enim
qui ita suscepit arbitrium, omnino tenetur requirere ejus consili-
um, aliàs non servaret formam compromissi; non tamen cogitur
illud

perpetuum aut ad tempus excusatur, veluti (: 1 si ipsum compromissum, ratione personarum compromittentium, sive ejus in quem compromissum est, seu ratione causæ, de qua interpositum est arbitrium, vel ratione formæ, nullum & vitiosum appareat: *de quibus latè thesibus superioribus.* (2. aut valeat quidem initio, sit autem incertum, an ex eo pœna exigi ob conditionem adjectam possit: *l. 11. §. f. h.* (3. aut tempus compromisso appositum lapsum. *d. l. 32. §. 7. d. l. 21. §. 5. §. 8.* nec additum fuerit, ut diem proferre liceat: *d. l. 32. §. f. l. 40. h.* (quod si tamen culpa arbitri dies exierit, sequens arbitrium recipere cogitur: *d. l. 21. §. 5.*) (4. aut de re transactum, sive interitu rei vel acceptilatione aliove modo sublata sit obligatio. *d. l. 32. §. 3. §. 5. h.* (5. aut si arbiter vel alteruter ex litigantibus mortuus sit. *d. l. 32. §. 3. l. 40. h.* nisi forte hæredum in compromisso mentio fiat. *l. 27. §. 1. h.* regulariter enim ad hæredes arbitrium non transit. *l. 45. h. add. c. 10. c. 14. X. de arb. & ibi Viv. in ration. Lanfr. p. 5. n. 7. & n. 48. Br. Bl. & Dd. in d. l. 27. §. 1. h. Blanc. q. 7. n. 1. & seqq. Spec. de arb. §. finitur. v. item morte.* (6. nec interponit prætor auctoritatem, interveniente furore vel alia imbecillitate aut casu, a quo incipere arbitrium nequit. *l. 47. l. 48. h.* (7. nec si arbiter post compromissum sit factus sacerdos. *d. l. 32. §. 4. h.* talis enim cogi nequit, ut de causa cognoscat, id quod non tam honori personarum, quam Majestati Dei indulgetur, cujus sacris sacerdos debet vacare. *d. §. 4. h.* si vero post adeptum sacerdotium recepit arbitrium, valebit: *d. §. 4.* est enim officium pium & ad concordiam inter homines introductum, ad quod præcipuè clerici tenentur: *Lanfr. p. 5. n. 53.* ubi rationem differentiæ assignat: *Blanc. q. 2. n. 3.* (8. nec si justam excusationem allegaverit: *l. 15. h.* veluti si fuerit injuriam passus à litigantibus: si capitales inter eos inimicitia intervenerint: si se indignos præbeant litigantes, quibus hanc operam navet arbiter, dum spernendo ejus arbitrium alium judicem arbitrumve adierunt. *l. 9. §. f. l. 10. l. 11. pr. l. 30. h.* si gravis ætas, si occupatio negotiorum propriorum, vel profectio necessaria, si munus rei publ. aut aliud incommodum post susceptum arbitrium obvenerit, id quod omne judicis cognitioni & arbitrio relinquatur: *l. 15. & seqq. h.* (9. Sed nec arbiter post cessionem bonorum ab alterutro factam pronunciare cogitur: *l. 17. pr. h.* talis enim nec agere, quia bonis cedens etiam actioni cedere intelligitur: *l. bonorum. ff. de V. S.* nec conveniri ob exceptionem cessionis sibi competentem potest: *Duar. b. c. 1. Borell. §. 1. gl. 3. n. 65.* (10. nec si ali
actioni

actioni faciat præjudicium: d. l. 32. §. 10. h. (11. nec si juraverit, sibi non liquere: tunc enim spatium ei ad pronunciandum dari æquum est. l. 13. §. f. h. add. Pac Meth. C. h. c. 3. n. 19. & seqq. c. 5. n. 48. & seqq.

IX. His igitur aliisq; justis causis cessantibus *arbiter omnino de causa cognoscere & sententiam dicere cogitur*: Quandoquidē autē omnis ejus potestas ex compromisso, quod stricti juris esse indubitatum est, pendet, non aliud illi licet quàm cautum est, nec quidlibet statuere potest nec in qualibet re, sed tantum de ea, de qua, & quatenus est compromissum: d. l. 32. §. 15. h. arg. l. 18. ff. comm. divid. ubi ultra id quod in iudicium deductum est, potestatem iudicis excedere non posse respondetur: & tradit JC. in l. 50. h. pecuniam ex compromisso peti non posse, eo quod non sit concessum arbitro, ut diem proferat: & l. 7. in f. non committi pœnam, quia non ut recepit arbiter dixerit sententiam: Et arbitros formam compromissi adeo servare debere, ut si præter eam aliquid statuerint, sententia nullam obtineat roboris firmitatē, Innoc. autore est c. 6. X. h. c. 7. X. de confirm. util. arg. c. 32. X. de off. & potest. jud. deleg. adde Bapt. à S. Bl. q. 58. Br. & Dd. in d. l. 32. §. 15. h. Mart. Vran. 2. Conf. 9. n. 2. 3. Ergo si compromissum est de omnibus controversiis, non potest de una tantum re sententiam dicere: & contra, si compromissum est, ut de singulis separatim arbitretur, non potest pronūciare de omnibus: l. 43. h. Blanc. q. 9. n. 59. Lanfr. p. 5. n. 32. neque super pœna compromissi. l. 21. §. 4. h. Blanc. n. 81. nec de iis rebus quæ post compromissum supervenerunt, iudicare arbiter potest: l. 46. h. nisi sint conjunctæ, veluti si de fructibus rei principalis & expensis arbiter iudicet: Spec. de arb. §. sequitur. v. sed cum. Blanc. d. q. 9. n. 80. vel diem solutioni præstituat, l. 21 §. 2. h. (quo casu dilata solutione nec purgationi moræ locus est; nisi justa causa, puta valetudinis aut absentia, accedat: l. 23. pr. & §. 1. h. Blanc. d. q. 9. n. 79.) vel contumaciam litigantis puniat. jubendo eum dare pecuniã adversario. l. 39. pr. h. Pac. Meth. C. h. n. 36. Blanc. d. lo. n. 82. An autem reconventio vel interventio locum habeat coram arbitro, quæstionis est? & cum is iudicare non possit, nisi super quibus est compromissum, ut jam dictum, liquet locū nō habere: c. 6. X. h. & ibi Vivi. in ration. gl. d. l. 32. §. 9. h. Spec. de reconvent. §. nunc dicamus. n. 6. C. Borell. §. 2. gl. 1. n. 115. & seqq. Blanc. q. 4. nu. 23. Lanfr. p. 5. n. 33. C. A. de quib. reb. ad eund. jud. θ. 21. & 25. Porrò cum industria arbitri sit electa à partibus, ipse debet arbitrari, non partes suas alij committere: l. 45. ff. h. item si in plures sit compromissum, omnes simul debent cognoscere, nec possunt uno vel aliquibus ab-

sentibus arbitrari præsentibus, quia in plures fuit cõpromissum, & poterat fortassis unius sententia reliquos in aliam trahere opinionem: *l. 17. §. f. l. 18. h. l. 39. ff. de re jud.* siquidem non semper ad multitudinem autorum respiciendum, sed sæpius unius quoque sententia, cui potior lux veritatis assistit, potest esse melior sententiis plurium: *Constit. Deo authore § 6. de concept. ff. l. 21. §. f. ff. de testib.* Jure tamen Canon. indistinctè valet sententia à majori parte præsentium lata, quãvis aliqui abfuerint, dum tamen prius legitime vocati sint *c. f. de arb. in 6. cum non sit æquum, ut lites propter quorundam voluntariam & maliciosam absentiam maneant indecisæ, absentiumque vicem divina præsentia eo casu suppleat: ut ita absens pro præsentibus habeatur: Ritt 5. Differ. 10.* quamvis hoc jus Can. in foro seculari servandum non esse doceat: *Everh. in top. loc. à jud. ad arb. n. 12.* vide tamen inter certos casus distinguentem *Viv. in ration. ad c. 2. h. in 6. Spec. §. f. v. sed pone. Lanfr. p. 5. n. 27.*

X. Cùm autem compromissa ad similitudinem judiciorum redacta sint *l. 1. h. & eorum naturam imitentur. l. 14. C. de jud.* unde & arbiter judex dicitur: *l. pen §. pen. C. h.* constat ipsis ordinem judiciarium cum primis observandum: & sicut coram iudice offerri debet libellus. *auth. offeratur. C. de lit. contest. fieri litis contestatio: l. 1. C. d. tit. jurari de calumnia. l. 2. C. de juram. cal. servari feriæ in honorem DEI introductæ l. 1. ff. de fer. l. f. C. eod. & alia, de quibus latè Dd. in suis practiis: ita etiam eadem coram arbitris observari consentaneum est: aliàs sententia erit nulla: Everh. d. lo. à jud. ad arb. per tot. Blanc. q. 1. n. 42. q. 8 per tot. Bapt. à S. Bl. q. 29. 30. 31. n. 64. 65. & seqq. n. 77. & alibi per tot. Hon. ab Ax summ. h. t. X. n. 1.* quamvis ex consensu partium etiam non servatis omnibus solennibus juris, sed simpliciter & de plano absque longo litis sufflamine procedere possint: de cuiusmodi cõcessionum clausulis latè tractat *C. Borell. § 2. gl. 6. per tot. Bapt. à S. Bl. q. 2. n. 5. in f.* Potest etiam arbiter dicere *sententiam preparatoriam*, puta de loco aut tempore ferendi laudi *l. 19 §. f. h.* Et quidem quod ad locum attinet, respondet *JCtus*, eum locum compromisso inesse, de quo actum sit cùm compromitteretur: & ideo si arbiter alio loco adesse jusserit, impunè ei non pareri *l. 21. §. 10. h.* at quid, si de quo loco actum sit, non appareat? tum eo loco pronuntiandum, in quo est compromissum: *d. §. 10. v. quid ergo.* quid tamen si eo loco qui est extra urbem adesse jusserit? & valere dicendum est, si arbiter sit eius auctoritatis, aut si soleat in secessibus agere: & litigantes eò commodè & honestè

honestè venire possint: nam si in loco inhonesto adesse jusserit, in
 dubio impune ei non paretur: d. § 10. v. *quid tamen*. hinc quæritur, si is
 sit locus, in quem alter ex litigantibus honestè venire non possit,
 alter autem possit, & is non venerit, qui sine turpitudine adesse non
 potuit; an committatur pœna? & non committi verius est: absurdū
 enim, in alterius persona jussum ratum esse, in alterius non esse. d. l.
 21. §. 11. v. *unde eleganter*. h. Pac. Meth. C. h. c. 3. n. 24 Lanfr. p. 5. n. 23. Spec. S. f.
 v. de loco. Blanc. q. 8. n. 5. q. 9. n. 11. & seqq. Tempus quod attinet, aut dies
 est in compromisso expressus, intra quem ferri laudum debeat, &
 dies conventus servandus est e. c. electus est arbiter ut judicet intra
 Cal. Mart. non potest jubere partes adesse intra Cal. April. quia tum
 illius potestas expiravit: τὸ πρῶτον autem foret, tum vocare, cum finita
 sit potestas eius, quapropter si post diem adesse jusserit, sine metu
 pœnæ non paretur: l. 21. §. 8. h. aut tempus non est expressum & tuac
 consensu litigantium diem arbiter statuet, eoque sententiam dicet:
 l. 14. h. nec proferre diem invitis partibus poterit. l. 32. in f. l. 33. h. id si-
 quidem in compromisso ipsi indultum non est: l. 50. ff. h. Quin & si
 arbitro prorogandi terminum, quoties voluerit, potestas data sit,
 non tamen ultra secundam aut tertiam vicem eundem prorogare
 posse, ex communi Dd. calculo testatur Gail. 1. O. 91. n. 16. Wurmsf. 3.
 O. 2. Blanc. q. 8. n. 3. latè Lanfr. p. 1. n. 46. & seq. & p. 5. n. 40. Certo igitur
 loco & tempore partes adesse jubere potest arbiter, & quidem per
 nuntium vel epistolam, l. 49. §. 1. h. non enim ipse ad litigantes ire co-
 gitur, id quod indecorum foret, Br. l. sancimus. C. de judic. sicut etiam
 pariter per nuntium aut epistolam diem proferre potest: l. 27. pr. h.
 C. Borell. §. 3. gl. 2. n. 6. Testes autem adesse, si nolint sui facere potesta-
 tem, jubere nequit: quippe qui se illius arbitrio non subiecerūt; id-
 eoque per prætorem cogendi sunt, quandoquidem cessante arbitri
 potestate ad officium judicis recurritur: l. 3. h. Br. l. 39. h. Blanc. q. 8. n. 13.
 Lanfr. p. 2. pr. C. Borell. §. 3. gl. 2. n. 5.

XI. Causâ itaq; cognitâ & presentibus partibus. l. 47. de re jud. ar-
 biter sententiam dicere debet, quam communiter Dd. *Laudum*, *Ein*
Weynung/appellare solent, Schneid. d. §. omnium n. 28 I. de A. Ritt. 9 N. 5.
 n. 17. Borell. d. §. 3. gl. 4. n. 12. §. 5. gl. 1. n. 14. Lanfr. p. 1. n. 37. & quidem ipse à
 se conscriptam recitare, exemplo judicis. t. t. C. de sent. ex brev. recit. &
 arg. l. 1. ff. h. (in eandem sententiam allegari solet l. 1. C. d. t. de sent. ex
 brev. quasi ea in specie de arbitro loqueretur: verum perperam, cū
 ibi per arbitrum non intelligi compromissarium sed verè judicem

consequencia evincant: add. *Blanc. q. 9. n. 47. gl. l. pen. v. subscripserint. C. ib. & ibi Br. & Salyc. Spec. §. differre. v. item differendo*) aliàs non valet, sicut & si una parte absente lata est: *l. 27 §. 4. h. nisi contrarium in compromisso specialiter sit exprellum. d. §. 4. h. Blanc. d. q. 9. n. 10. Spec §. excipitur. in f. in quo distat à iudice, qui adversus contumaciter absentes fert sententiam. l. 13. §. sin autem. C. de iudic. l. 73 ff. eod.* Et debent partes esse presentes & animo & corpore: propterea coram furioso vel demente vel pupillo non videtur pronuntiatum: is enim sententiam dicit, qui coram sapientibus & intelligentibus pronuntiat: ii vero etsi corpore adsint, revera tamen abesse intelliguntur: quia non norunt quid rerum agatur. *d. l. 27. §. 5. l. 47. & seqq. h. Pac. Meth. C. h. n. 35.* Sed & certam sententiam dicere arbiter debet: malè enim secundum *Jctum* ita pronuntiat: *Quantum ei debes redde: Divisioni vestra stari placet: Pro ea parte, quam tuis creditoribus solvisti, accipe: l. 21. §. 3. h. qualis & illa Claudij Imperatoris sententia erat, quam ex tabella pronuntiabat de quodam negotio: Secundum eos sentio, qui vera proposuerunt: ut est apud Sueton. in ejus vita: sicut & incerta iudicis sententia non valet: nisi referatur ad certum: l. 3. 4. C. de sent. quæ sin. cert. quant. §. curare. l. de A. alioquin enim non potest officio suo fungi, nec finem imponere controversiis, sed potius lites ex litibus nascentur: quod fieri non debet. l. 1 l. 4. §. si ex conventionione. ff. de re jud. l. 3. C. de fruct. & lit. exp l. 21. ff. de reb. cred. Certa autem est sententia non tantum ea, quæ certam rem aut quantitatem nominatim exprimit, sed & quæ se refert ad libellum conventionis, vel instrumentum obligationis in iudicio prolatum & recognitum: *d. l. 3. C. de sent. quæ sin. cert. l. 1 §. f. l. 59. ff. de re jud. fac. l. 6. ff. de reb. cred.* Nec officit, quod *d. l. 21. §. 1. h.* dicitur, arbitri sententiã valere, si dixerit. *Nihil videri Titium debere Sejo: hæc siquidem sententia non incerta, sed perinde est ac si dixerit: Titius Seio nihil debet.* & hic fuit mos veterum, ut ita pronuntiarent, docente *Cic. l. 4. Acad. Qq.* voluerunt enim ostendere, omnia esse incerta in rebus humanis, ut nemini facile liceat dicere, sibi constare: id quod idem *Cic. pro Font.* ostendit: & attestatur Imperator passim *N. 7. c. 2. N. 49. pr. N. 69. c. 4. & alibi. Blanc. d. q. 9. n. 73.* Quod si plures sint arbitri, qui diversas in sententia summas exprimunt, tum quia omnes consentiunt in unius condemnationem, omnes etiam in minorem summam consentiunt, quatenus minor summa inest majori. *l. 1. §. 4. l. 83. §. 3. de V. O. c plus semper de R. I. in 6. Lanfr. p. 5. nu. 24. Pac. Meth. C. h. n. 38. Blanc. q. 9. n. 65.* quamvis si circa alias res in sententia*

sententia discordent, quia nulla ratio est, cur unius sententia præferatur aliis, sibi invicem obstant, & nulla valeat: *d.l. 27. § 3. h. Pac. d. lo. Blanc. d. q. 9. n. 87.* sicut nec subsistit laudum, si ad alium judicem eundem, aut in alium compromittendum pronuntient, quia compromissa ad finiendas lites pertinent, non autem finitur controversia, si aut differatur aut in alium transferatur: *d.l. 32. § 16. h. ubi Br. Bl. & Dd. Blanc. d. q. 9. n. 75. Hon. ab Ax. summ. Decr. h. n. 28.* An autem dictam semel sententiam mutare possint arbitri, quærit JC. in *l. 19. §. 2. h.* & post diversas veterum opiniones verius esse asserit, si pro parte dixerint sententiam, puta interlocutoriam de mutando loco aut tempore, eam mutari posse: *Pac. Meth. C. h. n. 24.* quia reverâ nondum pronuntiaverint: secus esse si condemnaverint aut absolverint, id est, si de tota lite & de omnibus quæstionibus, super quibus assumti sunt, sententiam dixerint, quia jam officio functi sunt: *d.l. 19. §. 2. l. 20. l. 21. pr. h. Bapt. à S. Bl. q. 73. n. 46. Spec. § sequitur. v. licet. Cyn. l. diversa. C. de transact. Ritt. 9. N. 5. n. 35. 36.* quod idem etiâ in iudice obtinet, ut non possit iterum sententiam dicere, sive bene sive male judicaverit. *l. 55. ff. de re jud. Blanc. d. q. 9. n. 61.*

XII. Sententiæ autem debito modo ab arbitro latæ omnino standum est, sive æquum sive iniquum dixerit: *l. 27. §. 2. h. l. 76. ff. pro soc. sive adversarij inter sit sive non: l. 38. h. cui si non pareatur, non potest arbiter eam exequi sed ordinarius. l. 15. pr. ff. de re jud.* habet enim simplicem notionem voluntate privatorum tributam, quorum consensus non tribuit jurisdictionem. *l. 3. C. de jurisd. omn. jud. Schneid. d. §. omnium. I. de A. n. 23. Abb. c. cum dilectus. X. h. n. 3. Bapt. à S. Bl. q. 2. n. 3. Scacc. d. lib. 2. de jud. c. 2. pr. n. 4. & seqq. Ritt. 9. N. 5. n. 38. Matth. de Affl. c. 1. n. 3. de contro. feud. ap. par. term. Mod. Pistor. p. 2. ill. qq. q. 70. n. 1.* nec ex sententiâ arbitri actio vel exceptio rei judicatæ oritur: *l. 1. C. h. l. 2. ff. h. ubi gl. Br. & Dd. comm.* noluerunt enim veteres laudo arbitri tantum tribuere, ut inter publica & privata judicia nihil esset discriminis, veriti, ne exæquatis auctoritati judiciariæ privatis placitis splendor & majestas judiciorum vilesceret aut tolleretur. *Wes. par. ff. h. n. 4.* Ne tamen inane sit compromissum, & arbitri laudum inutile, contra contumacem, si quidem certa pœna promissa sit, datur *condictio certi ad pœnæ petitionem*: si incerta pœna adjecta, vel simpliciter partes per stipulationem promiserunt, se statuas laudo arbitri, *actio ex stipulatu ad id quod interest* competit. *l. 3. C. h. l. 21. §. f. l. 31. h. l. 27. §. f. l. 28. h.* sed & si arbiter ex pacto assumtus

sine:

int. C.
et, sic
com-
§. ex-
absen-
ebent
so vel
tenti-
at: ii
quia
et h. C.
m se-
oni ve-
§. 3. h.
abella
propo-
nten-
n. cert.
fungi,
is na-
ud. l. 3.
a non
rimit,
entum
t. que
od d. l.
Titium
st ac si
onua-
omnia
bi cõ-
erator
uod si
munt,
omnes
umma
p. s. nu.
n sen-
tentia



sine pœnæ adjectione pronunciaverit, & partes eam sententiam aut subscriptione aut decem dierum silentio homologaverint, actori in factum actio, reo exceptio taciti pacti competit. l. 4. §. 5. l. 5. C. h. ad id ut sententiæ arbitri pareatur: Bapt. a. 8. Bl. q. 71. n. 44. C. A. h. 8. 75. Pac. Meth. C. h. c. 4. n. 46. Quando autem quis arbitri laudo paruisse dicatur, non est satis expeditum: & sciendum, aut apertè jubere sive prohibere arbitrum; & tum in proclivi est eum non parere, qui jussis aut vetitis non obsequitur: e contrario eum parere, qui quantum in ipso est facit, ut sententiæ arbitri satis fiat: l. 23. §. 2. h. aut non aperte id facere arbitrum; & tunc is obtemperare intelligitur, qui non tam ijs quæ expressè arbiter dixit, quàm & his quæ tacitè & per consequentiam voluit, pareat: quod exemplis ex l. 21. §. 1. l. 27. §. 4. & pen. l. 29. l. 30. . . 34. pr. l. 37. l. 43. h. ostendit Pac. Meth. C. h. n. 43. & seqq. Et si autem is qui stare sententiæ recusat, possit exoluta pœna ad pristinam reverti actionem, ex communi tamen Dd. suffragio contraveniens, si compromisso addita fuerit clausula: Rato manente arbitrio: & pœnam solvere & laudo stare cogitur: Gail. 1. O. 150. n. 14. Spec. §. quid ergo. v. secundum præmissa. Lanfr. p. 7. n. 9. A sententia porrò arbitri appellari nequit, quia nec actio iudicati competit, sed pœnæ petitioni locus est d. l. 32. §. 14. h. l. 1. C. eod. c. a iudicibus. 2. q. 6. Myns. cent. 4. O. 68 Ritt. 9. N. 5. n. 19. & in hoc nullum esse qui discrepet, testatur Blanc. q. 10. n. 2. sibi namq; imputent partes quod compromiserint l. 27. §. 2. h. in iudicio autem contententi non est quod imputetur, cum id subire, si reus, & eò confugere, si actor, omnino teneatur: incivile vero est, quem in arbitrum elegeris, ejus arbitrium improbare; cumq; sponte delectos iudices faciant partes, quorum sententiæ stare initio non cogebantur, æquū est boni consulere quæ postea deciderint, præsertim cum ad id munus ut plurimum utriusq; partis amici eligantur, quorum interventu spes est, ut dissentientes conveniant. Langl. §. semestr. 4. p. 233. Sed nunquid ijs casibus, quibus sine pœna ex nuda promissione oritur actio ex d. l. pen. C. h. à sententia provocare licebit? & itidem negatur: generaliter enim l. 1. C. h. asserit, à sententia arbitri non esse locum appellationi, quod cum non sit correctum, cur stare prohibeatur nulla ratio est, arg. l. precipimus. in f. C. de appell. præterea per appellationem sententia suspenditur, & ad superiorem in jurisdictione gradatim cognitio devolvitur: atqui arbiter non habet jurisdictionem, nec facit gradum ad superiorem, ab eo igitur appellari

lari nequit: facit & illud, quod sententia etiam ijs casibus ante diem
decimum est inefficax, omnisq; actio & executio cessat: adeoq; fru-
stra appellatur: is namq; qui appellat, dicit sententiam sibi displicere,
l. 1. C. si sep: in integ. rest. Sed quando quis, contra quē arbiter
pronunciauit, dicit sententiam sibi displicere, tunc ex ea nec actio
oritur nec exceptio. *d. l. pen. C. h. consequenter nec appellabitur:*
gl. in d. l. 1. C. h. & l. 9. ff. qui satisd. cog. Bronch. cent. 1. assert. 63. Bach. ad
Tr. d. D. 12. §. 4. l. D. Blanc. q. 10. n. 3. Planè ab arbitris, quos juris
vocant, item statutarijs appellare licet. *d. l. 9. ubi gl. Br. & Dd. ff. qui*
satisd. l. f. ff. a quib. appell. Sichard. l. 1. C. de reb. cred. Wes. par. ff. à
quib. appell. non licet, n. 5. Hon. ab Ax. summ. Decr. h. n. 35. Hillig. 28. D. E.
ult. l. C. Myns. cent. 4. O. 68. Blanc. latè q. 10. n. 10. Lanfr. p. 7. n. 38.
Quod si tamen enormis & evidens circumscriptio in laudo arbitri
appareat, vel si ferat sententiam pretio, vel dolo adversarij, aut ex
dolo proprio; *agenti exceptio doli* contra iniquitatem laudi opponi
potest. *d. l. 32. §. 14. h. l. 3. C. eod.* quæ impedit pœnæ petitionem, &
effectum considerato quædam appellationis species est: *l. 31. h. d. l. 32*
§. 14. h. Bach d. §. 4. l. D. Spec. §. excipitur v. item quod. Quæ au-
tem dicatur iniquitas evidens aut læsio enormis, inter Dd. non est
satis expeditum; alij ad sextam partem. *Br. in d. l. 76. pro soc. n. 25.*
Lanfr. p. ult. q. 14. alij ad tertiam: Imol. in c. quintavallis. q. 6. X. de iu-
rejur. Abb. c. cum dilecti. n. 2. X. h. t. plurimi ad læsionem ultra dimi-
dium restringunt. Wes. par. ff. h. n. f. Hon. ab Ax. X. h. n. f. Myns. cent.
10. 33. tutius fortassis id iudicis cognitioni committitur: gl. in l. hacte-
nus. verb. pertinet. ff. de usufr. Abb. d. c. quintavallis. n. 33. Borell. §. 8. gl.
1. n. 2. & seqq. cui committi omnia, quæ certo jure definita non
sunt, tralatitium est.

OMNIA AD MAJOREM DEI OMNIPOTEN-
TIS GLORIAM.

D

DE



DE V. Cl. Dn. Laur. Eyselio. J. V.
Doctorando!



Uidominabor masculis tonatibus?
Quid augurabor fortibus progressibus?
Quid dictitabo splendidis successibus?
Quid arbitrabor inquietis ausibus?

EYSELIVS vicennium quinquennio
Non auxit, & quinquennij jam premium
Doctorei laboribus pregrandibus
Præcepit. Arbitrarij moderaminis
Non hic locum felicitas sibi vindicat.
Severius perpenditur negotium
Sublime. Non arbitrium, sed iudicium.
Quæsitius tentaminisq; examinisq;
Absolvit hoc opus. Laboratur Deo,
Bonosq; deinde publico sanctissimè.
Jam docta Disputatio rem tertiat,
Et certio rem publicè proclamitat:
Deq; arbitris arbitrio non expedit:
Objectiones. Grande præstat iudicium.

Non ominor, nec auguror, nec arbitror,
Sed dictito, sed iudico; Rem publicam
Juventa tantis ausibus florentior
Non arbitro tantum beabit prospero;
Et principum negotiis aptissimo;
Sed inclytum datura consiliarium est:
Vel si quid intra Numinis sanctissimi
Sublime cancellos magis decreverit:
Sapientie benignitas altissima.

Des

Det omen, auguretur atq; diē titer
 Et arbitretur masculis conatibus,
 Constantibus progressibus, successibus
 Splendentibus, tamq; inquietis ausibus
 Feliciter! felicitatis TRINITAS.

Boni ominis & voti causā honoratissimo

Dn. Convictori scrib.

Joh. Georg. Dorscheus D.

Idem Eidem.

Qui se committit sapientibus; & stat eorum
 Arbitrioq; sacro, iudicioque sacro;
 Hoc de posteritas sapiens fert, si ulla superstes,
 Arbitrium egregium, iudicium eximium.

Arbiter est aliquis, quem iusti norma coërcet,
 Quam si non servat, iudicat hunc alius.
 Arbiter est etiam, cuius sententia vires
 Sortitur firmas, quamvis iniqua fiet.
 Non placet hic Iudex, cuius sententia nullam
 Censuram admittit, stareq; certa cupit:
 Ætas namq; videt multos hæc nostra Catones,
 Audaciter quorum virgula cuncta ferit.
 His falsi testes, & falsi nuncia Fama
 Non raro diētat multa sinistra Viris.
 Vir bonus ergo adsit, succurrat & Arbiter æquus
 Injuste census innocuisve reis.
 Arbiter IEsclium remorari in tramite laudis
 Nemo meum poterit: quo pede cæpit, eat:
 Vadat iter laudis, celsumq; affectet Olympum,
 Qui labor ingenio non gravis & genio,
 Equando Patrem, culmen conscendat honoris,
 Illum quo virtus, juove Minerva vocat.

Sincerae affectionis ergo F.

Joh. Fritsch. Lt.

F I N I S.

1286

Georg Dorn
1527



ULB Halle
005 714 745


3



VD17







575.

15

1640,5.

Disputatio inauguralis
DE ARBITRIS

Quam

Præside Jehova,

**AUTORITATE MAGNIFICI
AMPLISSIMIQUE ICTORUM ORDINIS
in alma Argentoratensium Uni-
versitate,**

*Pro Doctoratu in Utroque jure, more ma-
jorum, obtinendo,*

Publico examini submittit

Die 16. Martij:

Horis locoque solitis,

**LAURENTIUS EYSELIUS,
FRANCUS.**



ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M. DC. XL.

